54 Item † adde, quod ſtatutum imponens pœnam mortis pro incendio domus, eſt intelligendum, quando domus combuſta erat in Ciuitate; ſecus ſi erat in Villa. Salicet. in l. data opera, C. qui accuſar. non poſſunt, & Afflict. ſuper conſtitut. Regni libr. 3. rubric. 51. & eſt aduertendum, an ille, qui ignem impoſuit, ſit vilis perſona, vel nobilis, & an domus combuſta ſit præcioſa, vel exigua; & an aliquis homo ſit mortuus propter illud incendium, vel non; quia ſecundùm qualitatem perſonæ, facti, pœna augebitur, vel diminuebitur, ſecundum Salicet. & Afflict. vbi ſupra. *Baiard.*

21 *Iniuriam* [b] *faciens officiali tempore eius ſyndicatus, debet puniri pœna capitis, vt dicit gloß. in §. illud, in verbo, Mortis, in authen. vt Iudices ſine quoquo ſuffragio. Sed hoc intellige, niſi ipſe officialis prius iniuriam illi feciſſet: & ita ſe practicaſſe atteſtatur Paris Put. de ſyndic. fol. 137. poſt nu. 3. in quodam officiali, qui iniuriabatur querelantibus. Quod nota.*

22 *Iudex, qui dedit operam, vt accuſatus, vel inquiſitus aliquid falsò confiteretur, per quod innocens poſtea damnaretur ad mortem, punitur pęna capitis, vt dixi in d. §. Homicidium, verſ. item Iudex. Item* [c] *Iudex, qui per pecuniam, vel iracundiam aliquē innocentem ad mortem condemnauit, punitur pęna capitis, vt dixi in d. verſic. Item Iudex. Præterea Iudex ponēs aliquem indebitè ad torturā, punitur pęna capitis, vt dixi ſupra, q. 64. verſic. antequam tamen.*

23 *Lenones,* [d] *& lenæ puniuntur pęna mortis, vt eſt tex. in authen. de leno. §. præconizamus, col. 3. ſed de conſuetudine non puniuntur pena mortis, ſed tantummodo flagellantur cum mitra, vt dicit Nunius de los corregidores, fol. 204. num. 15. vel afficiuntur aliqua alia pęna arbitrio Iudicis, & ita eſſe conſuetudinem atteſtatur pract. Iodo. cap. 89. num. 43. Ita etiam in regno Hiſpaniæ ſolere practicari dicit Anton. Gomeſ. ſuper l. 80. Tauri, num. 73. licèt ſubdat, quòd eſt pœna irridēda pro tam nefando crimine, & quod deberent puniri pœna mortis.*

24 *Læſæ maieſtatis crimen committēs punitur pœna mortis, vt dixi ſup. hoc eo. lib. §. læſæ Maieſt. verſ. ſed quæro.*

25 *Libelli* [f] *famoſi auctor, qui fabricatus ſit de alio ad eius infamiam contra veritatem, punitur pœna capitis, l. vnica: C. de famoſ. libell. & dicit Angel. in l. lex Cornelia, §. ſi quis liberum, numer. 5. ff. de iniur. ſe hoc vidiſſe de facto*

b *Iniuriam faciens.*] Far. q. 505. inſpect. 4. nu. 20. vol. 4. *Roſſ.*

Iniuriam faciens offi-
55 *tiali.*] Adde, † an durante officio eadem pęna puniantur, Boſſ. in titul. de iniur. in fin. & Menoch. de arbitrar. Iudic. caſ. 263. nume. 11. vbi tenet, quòd ſit pœna arbitraria, & nō pena mortis, vide etiam Roland. in conſ. 48. num. 3. cum ſeq volumine ſecundo, vbi dicit, quòd ala-
56 pis † offendens officialem pœna mortis punitur, & ibi num. 13. hoc declarat, quomodo ſit intelligendum: vide etiam Farin. variarum quæſt. nouiter impreſſum in quæſt. 17. num. 38. cum ſeq. vbi latiſſimè, & an contemplatione officij, vel odio, & inimicitia particulari, & quando ſumus in dubio. *Baiard.*

57 c *Item Iudex.*] Adde † videndum Gram. deciſ. 99. n. 1. & 2. & Gomeſ. de delict. c. 3. n. 16. ver. ſecundus caſus. *Baiard.*

d *Lenones, & lenæ.*] Far. vol. 5. ſuæ prax quæſt. 144. & §. pęna lenocinij, & §. lenones, num. 16. & §. domum accommodans, n. 42. §. parentes, n. 52. & §. maritus, n. 69. & §. retentio, n. 81. *Roſ.*

Lenones, & lenæ.] Adde, quòd † lenones dicuntur, qui ha-
58 bent quæſtuaria mancipia, vel ſub alterius nomine exercent lenocinium, vt qui prætextu tabernæ habent mancipia quæ-
59 ſtuaria. Franc. deciſ. Neapol. 68 & ibi † tenet, quòd mulier, quæ comiſit ſemel lenocinium reſpectu mulieris honeſtæ, non recepto ſalario, nec pro ea, nec pro muliere, nec ex conſuetudine non eſt lena.

60 Item † adde, quod de hoc delicto in ſtatu Eccleſiaſtico adeſt conſtitutio Pauli IV. de qua in Bullario nouiter impreſſo, fol. 637. conſt. 47. Et ultimo loco per Sactiſſ. D. N. Sixtum Quintum in Bull. ſeu conſtit. ſuper temeraria thori ſeparatione, ac publicis adulterijs, ſtupris, & lenocinijs in quibuſdam caſibus ſeuerius coercendis, publicata ſub die 3. Nouembris 1586. ſancitum fuit; quòd pater, aut mater, uel maritus, qui ſuæ filiæ uirginis pudorem, aut propriam uxorem alterius libidini tradiderit, & reipſa proſtituerit, aut induxerit, ut ſtupra, & adulteria, quęſtus, aut alia quauis cauſa palàm exerceat pęna ultimi ſupplicij puniatur, quæ conſtitutio eſt localis in Vrbe tantùm.

61 Item † adde, quòd in Reg. Neap. adeſt prag. 1. in tit. de lenonibus, qua puniuntur lenones pęna mortis, ſed quoad matres, proprias filias proſtituentes, adeſt Conſtitut. Reg. Rogeri, quæ incipit, Matres; qua prouiſum fuit, ut mater filiam uirginem uendens ad ſtuprandum, & ſi non uendiderit, ſed conſentiat, vt ſe proſtituat, debeat puniri extraordinariè, quæ conſtitutio poſtmodum per Conſtitutionem Federici Imperat. quæ incipit, Matres; fuit limitata, vt mater non puniatur concurrente voluntate filiæ, & impiæ matris, & ad dictam pragmat. uide Foller. in pract. crim. in uer. Item quod fuit leno, ubi latè qua pęna lenones, tam de iure Regni, quàm communi puniantur; ſed ego uideo, quòd iſta prag & alia ſtatuta, & leges lenones punientes non obſeruantur. *Baiard.*

e *Flagellantur cum mitra.*] Adde inf. q. 80. uerſ. mitræ. *Drogh.*

f *Libelli famoſi auctor*) Vide tamen ipſum Farin. in tit. de iudicijs uol. 2. q. 42. n. 11. 12. & 13. *Roſ.*

Libelli famoſi auctor.]
62 Adde, quòd † non habet locum pœna l. 1. C. de libell. famoſ. ſi non conſtat ad cuius iniuriam factus ſit libellus, uel ipſe qui fecit, neſciat ad cuius iniuriam fecerit. Bonifat. Vitalin. de maleſic. in c. de famoſ. libell. & Bertaz. in conſil. 237. nu. 5. & ibi addent. in l. d. ubi pleniſſimè requiruntur ad hoc, ut ſit locus pœnæ d. l. 1. tā contra auctorem libelli, quàm contra non lacerantem.

Item † adde, quòd componēs libellum famoſum, pœna ultimi ſupplicij puniri debet, tam ſi contenta in libello ſint uera, quā ſi ſint falſa. Roman. conſil. 96. numer. 3. uerſic. 2. uerò caſu. Couar. uariar. reſol. lib. 1 cap 1. n 2 & c. 11. num. 6. Pet. à Plaza in epit. delict. cap. 1. num. 5. & Gomeſ. de delictis, cap. 6. n. 1. licèt contrarium tenuerit Plot. in conſ. 35. nu. 5. & 6. & in conſ. 132. n. 6. & 12. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 1 in folio, ubi concludit, requiri dolum, ut pœna morti puniri poſſit, & ibi latiſſimè ſcripſit ad defenſam famoſum libellum facientis, ſiue ſcribentis, uel propalantis, quod aut procedit quotieſcunque in libello eſt deſcriptum delictum, pro quo infamatus ueniret puniendus pęna mortis, aliàs ſecus eſſet, & pœna Iudici arbitraria imponeretur Pet. à Plaz. in cap. 3. n. 2 ubi de hoc plenè tractauit, & Gomeſ. in d. c. 6 n. 1. etiam in hac materia libelli famoſi, uide etiam Cephal. in conſil. 341. per tot. uol. 3. ubi ſcribit ad defenſam quorumdam, cui ego dubito, quòd bonus Iudex parum crederet, quia eius fundamenta parum ſtringunt, cum ſint contra rationem legis 1. Cod. de libell. famoſ.

63 Item † adde, quòd in ſtatu Eccleſiaſtico, in materia libell famoſi, & litterarum nuncupatarum *de auiſi*, continentium alicuius famæ læſionem, adeſt Conſtit. Pij V. 155. de qua in Bullar. nouiter impreſſ. fol. 1162. & Conſtit. 7. Greg. XIII. fol. 1200. ubi imponitur pœna mortis.

64 Item † adde, quod pœna famoſi libelli, licèt ſit capitalis, porrigitur ad edentes, ſcribentes, & retinentes illum, ut eſt communis opinio, de qua per Burſat. conſil. 94. num. 1. Gomeſ. de delict. cap. 6. num. 1. tamen dicit Burſat. in d. conſ. 94. numer. 33. quod de iure communi non imponitur hodie ex
65 † conſuetudine generali pœna mortis, & capitalis; ſed ad ſummum fuſtigationis, ictuum funis, banni, uel pœna pecuniaria; & Dom. Clarus hic atteſtatur, idem practicari Mediolani.

Item

in quodam, qui poſuerat, quādam ſcripturam infamtoriam ſuper altari palatij priorum [g] *non deſcripto nomine alicuius. Dicit tamen idem Ang. in l. vnica, C. de famo. libel. quòd licet ille, qui poſuerat talem cedulam, debuiſſet decapitari. tamen indulta ſibi fuit pęna capitis, & conuerſa in pęna duorum mille ducatorum.* [h] *Quinimò dicit Paris Put. de ſynd. fol. 273. num. 6. quòd illi, qui ad infamiam Poteſtatis pingunt mēbra uirilia, vel vuluas muliebres ſuper ianua eorum cameræ, vel porta palatij, ſunt maxima pœna digni; ſubdens, quòd in facti cōtingentia cauſuluit, quod quidam, qui pinxerat quandā honeſtā mulierem eius amaſiam (quæ ſibi conſintire nolebant) nudam cum certo vituperio, & illam picturam ad eius ignominiam affixerat in in locis publicis, quod eſſet ad triremes tranſmittendus; quia (ſecundum eum) talis pictura erat libellus infōmatorius, Ego autē in practia* [i] *nunquā vidi ſeruari, vt propter libellum famoſum aliquis vltimo ſupplicio afficeretur, ſed ſemper vidi imponi pœnā extraodinariam, puta fuſtigationis, ictum funis, & ad ſummū pœnam triremium. Et præteritis annis quidam proxeneta, qui tres libros materna lingua cōpoſuerat, in quibus de multis etiam in magiſtratu conſtitutis obloquebatur, licæt eos nō publicaſſet, fuit iußu ſenatus alligatus catenæ infami, & libri publicè combuſti. Adde quod non ſolum ipſe auctor, & fabricator huiuſmodi famoſi libelli eſt capite puniendus, ſed etiam ille, quæ legit, & ſtatim non lacerauit, eadem pęna afficiendus eſt. Et ita communi cōſenſu tenent Doct. vt ait Plaza lib. 1. delictorū cap. 3. poſt num. 2.*

Medicus malū medicamen ſcienter adhibens, vt infirmus moriatur, punitur pœna mortis. Dixi ſupra hoc eod. lib. §. Homicidiū, verſ. Itē medicus.

26 *Milites multis ex cauſis capite puniuntur, quas per te videre potes in l. deſertores, et alijs pluribus legibus ill ius tituli, ff. de re militari. potes etiam videre apud Iuliū Ferret. in tract. de bello, fol. 148. & ſeq. & apud illuſt. Doctorem, & compatrem meū Petrū Bellū de re militari, ī 8. p.*

Monialē carnaliter cogno-
27 *ſcens, vel cum ea de facto matrimonium contrehens, punitur pœna mortis, l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſcop. & cleric. Dixi, ſpra hoc eo. lib. §. Fornicatio verſ. Cū moniali.*

Mulier, quæ proprio ſeruo ſe
28 *ſupponit, punitur pęna mortis. Dixi ſupra hoc eo. li. §. Fornicatio, verſ. mulieris etiam. Item mulier, quæ animali bruto ſe ſubiecit, punitur pœna mortis vt dixi in eodem §. Fornicatio, verſic. Cum animali.*

Muros [k] *ciuitatis rumpens*
29 *vel tranſcendens punitur pœna capitis, l fin. ff. de rerū diui. Scias tamen, quod illa lex intelligenda eſt, vt procedat tantummodo in tranſcendente muros vrbis Romanæ: in muris aliarum ciuitatum eſt pœna arbitraria. Ita dixit Bart. in d. l. fin. numer. 2. & ita diſtinguendum eſſe ſecundum Doctor. affirmat Rolan. conſ. 84. numer. 25. lib. 2. Hanc etiā opin. ſeruari de conſuetudine atteſtatur Alexand de Neuo conſil. 94. numer. primo, quod eſt dupilcatum, inter conſ. criminalia diuerſorum conſ. 91. lib. 1. Et ita in facti contingētia iudicatū fuit in curia Burdegal. ut refert Boer. dec. 232. Dicit tamen Alber. in d. l. fin. numer. 1. quod vidit hunc caſum in facto in ciuitate Bergomi, tempore regiminis D. Gul. de Caſtro Bacco, qui ipſo reclamante quendam. qui muros ciuitatis tranſcenrat, fecit decapitari.* [l] *Apud nos ſemper vidi ſeruari opin. Bartol. vt ſcilicet non imponatur pœna capitis, ſed alia extraordinaria: & ita in facti contingētia iuſſus fuit fuſtigari quidā Franciſcus Cartarius, qui foſſam ciuitatis tranſiuerat, vltimo Febr. 1551. P. N. Et alius quidā Stephanus de Nigano, qui tranſgreſſus fuerat foſſas oppidi Seraulis, iuſſus fuit in contumaciā condēnari in tribus ictibus funis,* [m] *vel viginti aureis, 20. Martij 1556. P. N.*

66 Item adde, † an ſtatuta punientia verba iniurioſa; comprehendāt etiā libellum famoſum; & quod libellans non poſſit puniri, niſi pœna ſtatuti, vide Burſ. in d. conſ. 94. per totum, & Bertaz. in d. conſ. 237. et ibi addēt. & Ceph. in conſ. 1. num. 41. cum ſeqq.

67 Item † adde, quod ille, contra quem editus fuerit libellus famoſus, excuſatur a pœna libelli famoſi, ſi contra eum, tāquam prouocatus alium ediderit famoſum libellū Plot. in conſil. 131. num. 15. inter conſi. crim. to. 1. vide tamen prędictos addent. ad conſ. Bertaz. 237

68 Item † adde, quod poſt annum, & diem tollitur actio libelli famoſi, quia actio iniuriarū tan ciuilis, quam prætoria eſt annalis, etiamſi per libellum famoſum fuiſſet facta iniuria. Plot. in dict. conſ. 131. num. 19. inter conſil. crim. diu. tom. 1.

69 Item adde, quòd comparatio litterarum in materia famoſi libelli, facit indicium ad torturam, quando inquiſitus ſiue accuſatus negat ſcripturam ſecundum Franc. Marc. in deciſ. 935. part. 2. dicit tamen in fin. cogitandum eſſe, quia comparatio litterarum interdū eſt fallax propter mutationem temporis, & attramenti. *Baiard.*

g *Non deſcripto nomine alicuius.*) Far. vbi ſupr. num. 473. *Roſ.*

h *Quinimo.*) Bertazz. conſ. 237. numer. 3 vol. 1. Farin q 503. numer 469. 477. & ſeqq. *Roſ.*

i *Nunquam vidi ſeruari.*) Contrarium tamē uidi Romæ ſeruaratū in perſonā litteratiſſimi uiri Nicolaij Franchi tempore Pij V. Pont. Maximi an autem quis imputetur de famoſo libello, & cōtra accuſatum procedatur propter comparationem litterarum tantum, an ſola talis comparatio faciat indicium ad torturam? Vide Crau. de attiq. temp part. 1. uerſic. quæritur etiam numer. 72. ad fin. *Drog.*

k *Muros ciuitatis.*) Adde illud Lucani Pharſaliæ lib. 1.

Nec lnogè exempla petamus.
Fraterno primi maduerunt ſanguine muri.

Et hic adde, quod uoluit Dec. in l. non uult hæres, num. 4. cum ſeq. ad fin. ff. de reg. iur. an autem Ter
*69 rallij, ſiue mænia † ſint Principis, uel ciuium dic, quod ſunt ciuium, licet quo ad pęnam tranſeuntium, uel ad eorum alienationē pertineant Principi, Capyc. deciſ. 27. nu. 43. ad med. Ciues tamen terralia, & muralia, portasq; ſuis impenſis reparant in Caſtro lauro, Domini autem temporales fructus ex illis habent, licet non de iure. *Drog.*

Muros ciuitatis rumpens.) Decian in tractat. crim. tom. 2. lib. 7. c. 36. Farin. d. tit. de pœn. q. 20. nume. 146. uſque ad 153. *Roſ.*

Muros Ciuitatis.] Ad-
70 de: quod † occidens bannitum in caſtro, licet intret per muros, non incurrit pœnam huius legis fin. Ruin. conſ. 2. uolu. 5. idem tenet Nell. de bannit. 2. part. ſecundi temp. q. 13. vbi in fine dicit, qd credit illum debere puniri arbitrio Iudicis de hoc uide etiam Iaſ. in l. ſi quis nec cauſam in fi. ff. ſi certum petatur. Et quod procedat ſolum in muris Vrbis Romæ, tenet Bal. nouell. conſil. 65. vbi ponit cauſas, & rationes d. legis, & aliquos caſus excuſabiles a pęna huius legis fin. & Magon. deciſ. Luce. 90. num. 14.

71 Item adde, † quod muros Ciuitatis, vel Caſtri fodiens, vel propè eos, vt cadant, tenetur pœna d. l. fin. ſecundum Allex. in l. pergit, C. de ſepulch.
72 viol. & quod † tranſcendens muros alterius Ciuitatis non puniatur pœna capitis, ſed arbitraria Iudicis, vide Boer. dec. 232. & Menoch de arbit. Iud. lib. 2. cap. 483. *Baiard.*

l *Apud nos ſemper vidi.*) Vulpel. de his omnibus reſp. 80. *Roſ.*

m *Vel viginti aureis.*)
73 Adde, quod † hoc eſt de iure, vt tranſcendens muros tempore pacis puniatur ad 20. ſolidos Bart. de Capu. in ſing. ſuo incip. lex iſta intelligenda eſt

per

Et [n] *ita omnino ſeruandum eſſet, præſertim ſi eſſet tempus pacis, & ille traſcendißet muros non animo eos violandi, ſed aliqua ex cauſa, puta, vt effugeret è manibus ſatellitũ, vel huiuſmodi. Et* [o] *quòd hęc pœna ſolummodo locũ habeat tempore belli, non autem tempore pacis, fuit in facti contingentia Capuæ indicatum, vt refert Andr. de Iſern. conſtitut. regni relatus & ipſe per Grammat. ſuper eiſdem conſtit. fol. 31. col. 1. poſt n. 6.*
30 *Officialis,* [p] *qui publicos prouentus ſubtrahit, punitur pœna capitis; §. item lex Iulia peculatus, Inſtit. de plubl. iud.* [q] *Sed hic incidenter quæro, nunquid officialis, qui multa acquiſiuit in officio, præſumatur ea de bonis fiſci acquiſiuiſſe, niſi doceat ſe ea aliunde acquiſiuiſſe. Reſpond. Gloſ. in l. defenſionis facultas, in gloſſ. fin. C. de iure fiiſci, libr. 10. videtur tenuiſſe, quod ſic: Sed certè in contrarium eſt communis opin. vt atteſtatur Dec. conſ. 6. numer. 2. Et dicit Bald. in cap. 1. in vltimis verbis, de clerico, qui inueſti. facit. in vſib. feud. quòd illa gloſ. per multos damnatur, & non ſeruatur de conſuetudine, quẽ refert Bertran. conſ. 115. numero 7. lib. 2. in 2. parte vbi etiam poſt numer. 31. dicit, quòd illa gloſſ. reprehenditur per Doctor. Illum etiam refert idem Bertran. conſil. 151. numero 6. lib. 6. ſubdens, quòd ſecundum communẽ opin. illa gloſſ. reprehenditur. Et ideo teneas, quòd imò officialis præſumitur in dubio licitè acquiſiuiſſe, nec præſumitur aliquid habere de bonis fiſci, niſi id liquido probetur.*
31 *Plaginarius, qui pueros, vel ſeruos furatur, pœna capitis punitur. l. quoniam, & l. fi. C. ad l. Flauiam de plagia. Sunt tamen intelligendæ illæ leges, vt procedant in eo, qui ſolitus eſt talia committere; ille enim vtique puniendus eſt pœna mortis: ſecus autem ſi non ſit conſuetus: nam eo caſu eſt diſtinguendum; quòd, Aut habuit animum celandi; & adhuc punitur vltimo ſupplicio; Aut verò non habuit animum celandi: & eſt mitius puniendus. Et hæc opin. communiter tenetur, vt dicit Bartol. in l. penultim. in princip. ff. ad l. Flau. de plag. quem refert Anan. in capit. 1. poſt num. 4. de furtis.*
32 *Priuatum* [f] *carcerem exercens punitur pœna capitis, vt eſt text. in l. 1. C. de priuatis carcer. Et aduerte, quia ille qui capit aliquem, & detinet ex iniuſta cauſa, punitur pœna priuati carceris, etiamſi illum detineat minori ſpatio viginti horarum. Ille verò, qui alium capit ex iuxta cauſa, poteſt illum detinere ſpatio viginti horarum, & ipſum captum iudici præſentare, & ita concludunt omnes Doctor. vt dicit Cauenſ. ſuper 56. ritu magnæ curiæ, numer. 2. Scias autem, quòd diſpoſitio illins*

per leg. 1. Longobardorum, ff de furt. & ſeruo fugit. *Baiar.*
n *Et ita omnino ſeruandum eſſet.*] Adde † videndum Ce-
74 phal. in conſil. 75. numer. 9. Burſat. conſil. 152. numer. 37. vol.
2. & Claud. Bertaz. in addit. ad conſil. patris 35. littera C.
vbi alios adducit idem tenentes, ſcilicet, quod traſcendens
muros nõ animo eos violandi, & doloſè non tenebitur pœna ordinaria. *Baiard.*
o *Et quod hæc pœna*
75 *ſolummodo.*] Adde † Lucam de Penna in l. penul. col. fin. de colon. Illirior. qui idem tenet, quod d. l. fin. debet intelligi in eo, qui traſcendit muros tẽpore belli, & non pacis ſed ad quæſtionem de traſcendentibus muros Ciuitatis uide omnino Farinac. variar. quæſt. nouiter impreſſum in quæſt. 20. numer. 146. cum ſeq. in tract. crim. libr. 7. cap. 36. *Baiard.*
p *Officialis.*]. Bal. conſ. 297. lib. 1. *Roſ.*
Officialis, qui publicos prouentus ſubtrahit.] Ad de Boer. ſuper conſuet. Bitur. num. 11. folio mihi 21. *Drogh.*
Officialis qui Publicos prouentus ſubtrahit.] Ad
76 de, † quid ſit peculatus, & quibus caſib. committatur; & quibus pænis puniatur, latè per Dec. in tract. crim. libr. 8. cap. 28. & 30. tomo 2. & qualiter
77 † puniantur, qui habent pecuniam ex adminiſtratione publicarum, vide Angel. Aret. in §. fi. inſtitut. de publ iudic. & latè per Parid. in tractat. de ſyndic. in §. ſyndicatu etiam officialis de ſubtra-
78 ctis; & quid de † actuario, & quid de officiali, & actuario, qui non ſcribit prouentus in libro, & qualiter teneatur, Pariſ. in dicto tractat. in verb. prouentis.
79 Item † adde, quòd crimen peculatus committit qui in tabula publica minorem pecuniam ſcripſerit, quam receperit, vel tacuerit l. hac lege, l. Iul. pecul.
Item adde, quod ſimiliter crimen peculatus committit, qui ſimulans eſſe ſiſci creditorem, acceperit, quod fiſco debetur; quamuis pecuniam priuatam abſtulerit. l. ſacrilegi, ff. ad l. Iul. peculat.
80 Item † adde, quòd Capitanei, ſiue eorum queſtores conuertentes in vſum proprium pecuniam dandam militibus, incidunt in crimen de reſiduis. Cepholl. conſil. 40. column. 6. verſic. & breuiter, & Boſſ. in titul. de lege Iul. peculat. de reſi-
81 duis, vbi dicit etiam, quòd hæc furta ſunt acriora † ſimplicibus furtis, & quando ideo ſtatuta furta punietia hæc com-
82 prehendunt, & ideo ſi ſtatutum † minuit pœnam furti, non intelligitur minuere pœnam peculatus, vt per Franc. in deciſ. 315. in fine. *Baiard.*
83 q *Sed hic incidenter.*] Adde † videndum Maſcard. de probatio. concluſ. 1134. an, & quando præſumendum ſit officialem in dubio acquiſiuiſſe ex bonis fiſci, an ex bonis ſuis; & Barbat. in conſil. 39. numer. 7. volumine quarto, vbi dicit, quòd officialis præſumitur acquiſiuiſſe de bonis fiſci, niſi reddiderit rationem adminiſtrationis ſuæ, vel quod habeat alios redditus, quibus ditari potuerit, ſed iſtam quæſtionem vidi omnino Pereg. de iure fiſci lib. 6. titul. 3. numero ſexto, cum ſeq. vbi latiſſimè, & Roman. in conſil. 159. numero 5. *Baiard.*
Plagiarius.) Aduerte, quod ſi quis agat contra aliquam tanquam plagiarium, quod argentis ſerui ſubtraxerit, vel corruperit, & reus accuſatus dicat ſeruum eſſe ipſius accuſati, prius cognoſcendũ eſt de dominio ſerui, quam de crimine plagij, quia cauſa dominij eſt pręiudicialis ad cauſam plagij criminis, quod ceſſat in re propria. leg. præſes, Cod. ad legem Iuliam de Plagiarijs, & tradit in propoſito Crau. conſil. 280. columna prima, vide ibi multa ſimilia. Item plagium quando committi dicatur, vide per Angel. de Aretin. in §. eſt, & inter publica, numero 3. Inſtitu. de publ. indic. qui numero præcedenti poſuit differentiã inter plagiarium, & furem, & quomodo vnus ab altero cognoſcatur. *Giach.*
Plagiarius.) Boſſ. tit. de plagiar. Vigell. M. I. R. libro primo, capitulo decimotertio, de plagiar. regula prima, & ſecunda. *Roſ.*
84 *Plagiarius.*) Adde † videndum Angel. Aret. in §. eſt, & inter publica, numer. 3. inſtit. de publ. iud. vbi quando Plagium committi dicatur, & quę differentia ſit inter Plagiariũ, & furem, & quomodo vnus ab alio cognoſcatur: ad hanc materiam uide Crau. in conſ. 280 col. 1. *Bai.*
f *Priuatum carcerem exercens.*) Quidam ſcholaris rapuit meretricem, & illam retinuit clauſam in aliquo loco libidinis cauſa, nunquid teneatur de priuato carcere? quòd non; ſed quod puniatur extra ordinem, & poſſet uſque ad mortem arbitrari, uidi practicam Carrer folio 453. columna ſecunda. *Giach.*
Priuatum caccerem exercens.) Boſſ. tit. de carcere Vigell. M. I. R. Decian. tract. tom. 2. lib. 7. cap. 10. & Farin. tit. de carc. & carceratis, q. 27. & num. 8 9. 10. & ſeq. uol. 1. cum numer. ſequent. *Roſ.*
85 *Priuatum carcerem.*) Adde, † qui vti poſſint carcere priuato, & an iſtud ius poſſit cedi, & an liceat carcerare furem
86 vxorem, & adulterum, † latè per Boer deciſ. 275. & Giga. in tractat. de crimin. læſæ Maieſtatis, libr. 1. tit. qualiter, & à quibus capitul. 35. fol. mihi 36. vbi ponit octo Fallentias, in

legis, non hebet locum in Cardinalibus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ; nam hodie quilibet Cardinalis habet priuatũ carcerem ad puniendos domeſticos, & familiares ſuos, & ita vſum obtinuiſſe atteſtatur Manfred. in tractat. de Cardinal. capitul. 8. 19. priuileg. Memeni ego de hoc crimine proceſſum fuiſſe Contra Dom. Ioann. Stephanum Ritium, qui furem in domo captum per ſeptem dies domi detinuerat: ſed comperto, quod ſtatim dederat notitiam officialibus, fuit abſolutus, 23. Martij 1566. Credo [u] *etiam, quòd in practica reus priuati carceris non afficeretur vltimo ſuplicio, ſed mitius puniretur prout in facti contingentia ſeruauit parlamentum Burdegalenſe, quod condemnauit in pœnam pecuniariam tantum quendam dominum, qui famulum ſuum diu in priuato carcere retinuerat, vt refert Papo lib. 23. titul. 1. arreſto primo.*

in quibus licet vti carcere priuato; ſed vide omnino Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 10. tom. 2. vbi latè quando, & quibus perſonis liceat exercere priuatum carcerem.
87 Item † adde, quod pęna priuati carceris incurritur, vbicũque quis aliquem ſub coſtodia fideiuſſorũ detinet in loco, ſecundum Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des droior. rubr. 1. numer. 63. fol. 69. & ibi dicit, quod ſi pater,
88 † vel dominus ponat filium, vel ſeruum in domo ſua in carcere, non puniretur pœna d. leg. 1. quia illud faciunt ad correctionem, quæ eſt eis permiſſa, ibi etiam in fine dicit, quod exercens carcerem priuatum incurrit pænam d. l. nedum carcerans aliquem contra eius voluntatem, ſed etiã vo-
89 lentem: † quando propriè incurratur pęna priuati carceris, vide Carau. in ritu 47. nume. 14. cum ſeq. & Girl in tract. de relax. carcer. ſub rubr. de fug. in carc. num. 164.
90 Item † adde, quod non ſolum quis dicitur cõmittere carcerem priuatum retinendo aliquem in carceribus incluſum, verum etiam, ſi retinet aliquem extra carceres in compedibus, ſiue vinculis in latumijs, ſiue alio modo, vt in Camera, ſiue Ciuitate cum cuſtodia hominum, ne retentus recedat: & generaliter procedit non ſolum in carcere, ſed in qualibet alia incluſione, ſiue aliquo quocunque modo, quis retineatur, ita tradit Plot. in conſil. 73. numer. 9 inter conſ. crim. diuerſ. uol. 2.
91 Item † adde, quod etiam officiales deſtinati ad capiendum malefactores non poſſunt eos apud ſe retinere vltra 20. horas; ſed illos Superiori conſignare tenentur; poſſunt tamẽ ex cauſa alijs tradere cuſtodiendos, ita tradit Pariſ. de ſynd. in §. officiales deſtinati.
Item adde notab. limit. in iſta materia per Ang. in tractat. malefic. in verb. fama publica col. 27. in fin. in 12. q. vbi dicit, ꝙ licet aliquis priuatus poſuerit aliquem in carceribus, non
92 tenetur pœna priuati carceris, ſi eum poſuiſſet † in aliquo carcere, a quo de facili potuiſſet fugere, & ſequitur Marſil. in conſil. 135. in præſenti cauſa col pen. & conſ. 136. & multa alia circa iſtam materiam, ibi vide per eum, & uide etiam Dec. conſil. 100.
93 Item adde, quod † vbi captura à principio eſt illicita, tunc aut detentus eſt incluſus, aut non, primo caſu momentanea incluſio ſufficit, quia delictum eſt conſumatum: Secundo nõ, quia debet tanto tempore detineri, quod detentus poſſit dici priuatus propria libertate, quod totum iudicantis arbitrio remittitur. Angel. in l. uni. C. de priuat. carcer. & licet ſecundum eum ex modica detentione non incurratur crimen priuati carceris, tamen quia uiolentia eſt adhibita, non eſt dubium, quod accuſari poterit detentor l. Iulia de vi publica, & priuatur ſecundum eum, & ibi etiam tenet, quod de priuato carcere poterit accuſari, is, qui aliquem detinet initum in uia
94 licet non includat, & quod quis non poſſit puniri pæna priuati carceris, vbi modica fuerit incluſio, tenet Marſil. in conſil. 136. numer. 7. quem ſequitur Plot. in conſil. 19. numer. 65 & de hoc vide Bert. conſil. 426. numero quinto, & ibi latiſſimè addent. Vide etiam Boſſ. titul. de carcere, numer. 26. ubi ipſe etiam tenet, quòd quando captura à principio eſt illicita, ſtatim, quòd quis eſt captus, carcer priuatus committitur, & tale debitum faciens committit crimen læſæ Maieſtatis, & vltimo ſupplicio puniri debet, ut per text. in dicta leg. prima, Codic. de priu. carcer. & ibi communiter Doctores.
95 Item † adde, quod pater in filium, & Dominus in ſeruum non committit priuatum carcerem ſecundum Salyc. in dict. l. prima, & ibi etiam tenet, quod etiam tenens bannitum, ſiue
96 foriudicatum non incurrit pęnam priuati carceris † per illam rationem, quia ſi impunè poteſt offendi, a fortiori poterit in
97 carcere detineri: item tenet Bald. in d. l. 1. & pater † poteſt detinere filium, etiamſi eſſet clericus ſecundum Raynut. in ſum. tit. de ſentent. excomm. § ſequitur, & in tractat. carcer. 6. col.
98 Item † adde, quod aduertendũ eſt, ob quam cauſam capiat; ſi enim capit aliquem, vt ſtatim vulneret, uel occidat, tunc ſolum inſpicitur illud delictum; ſed ſi ex interuallo occidit tunc ex utroque tenetur, & de occiſo, & de priuato carcere, Bartol. in l. capite quinto in fi. ff. de adult.
99 Item † adde, quod tenens mulierem cauſa libidinis, non incurrit pœnam priuati carceris, ſecundum Bartol. in l. verũ in fi. ff. de furt. Neuizan. in Silu. nupt lib. 4. numero 46.
100 Item † adde, quod in Regno Neap. nedum prohibita eſt carceratio, ſed ſola captura hominis illicita, per c. Regni Tenerij, & cap. quod incip. amplius, & ita dicit Afflict. in conſt. duram num. 10. in fin. ſed quando captura eſt licita, poteſt captus detineri per duos dies abſque pæna priuati carceris, per d. cap. Regni Amplius nulli priuato.
101 Item † adde, quod mariti zelotipia perciti poſſunt carcerare vxores, Iodoc. in pract. crim cap. 64. fol. 156.
102 Item † adde, quòd rectores locorum, rei maieſtatis læſæ fiunt, ſi ſciunt committi priuatum carcerem, & tolerant, Bart. & Salyc. in d. l. 1. de priu. carc. & Ghirland in tractat. de relaxat. carcer. quæſt. 1. numre. 16. & Gig. in tractat. de crim. læſæ maieſtat. in rubr. qualiter, & à quibus, quæſtione 35. numer. 2.
103 Item † adde, quod committens carcerem priuatum, tenetur ad reſtitutionem damnorum paſſorum, per detentum, cap. pœnale, 14. q. 5. & amittit debitum, ſi quod conſecutus erat, & totidem auth vt null. iud. §. quia vero.
104 Item † adde, quod clericum adulterantem, vel turpiter agentem cum vxore, filia, uel ſorore, & ſimilibus, poteſt quis per 20. horas abſq; metu excommunicationis retinere, Socin. in capit. ſi læſerit numer. 16. de iniur. & damn. dat. *Baard.*
t *Non habet locum in Cardinalibus.*] Adde de Cardinalibus in propoſito ſupra quæſtione 35. verſic excipiuntur tamẽ; priuatus tamen per viginti horas poteſt aliquem retinere in carcere, Iaſ. in §. ſupereſt numer. 70. Inſtit. de act. vidi tamen etiam reum aliàs à ruſticis in ſtabulo quodã clauſum, ibidem teneri, & cuſtodiri per tres dies, donec ſuperuenit Iuſtitia, quæ illum ad carceres terræ noſtræ adduxit, eſtque decapitatus Illuſtriſſimo Domino Sfortia Pallauicino tunc Domino, & approbante. Item adde, quòd conſuetudo de præterito excuſat etiam à pęna priuati carceris Alexand. conſ 8. num 6. vol. 6. Item limita in patre filium carcerante; nam talis pater non incidit propterea in pænam priuati carceris, Alc. tractat. de præſumpt. regula prima, præſumpt. 3. & adeo verum eſt carcerem priuatum haberi non poſſe, vt hoc etiam locum habeat in beſtijs in dammo repertis, quia retineri nõ poſſunt niſi ad hunc finem tantum vt compareat Dominus ad repetendas beſtias, vt ſic tenuit Alciat. d. tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 50. numer. 3. Capyc. deciſ. 45. nume. 1. quinimò in aliquibus locis retinens beſtias vltra ſtatutum tempus tenetur de furto, vt eſt ſtatutum Riparoli in crim. rubr. 234. *Drogh.*
u *Credo etiam.*] Adde, quod † hoc eſt de iure, ſecundum Caſſan. in conſuet Burg. cap. 54. ante num. 117. vbi dicit, quod cum leges dicant contra tales procedendum eſſe ad pęnã capitalem ſine alia expreſſione vltimi ſupplicij, minor pęna erit ſtatuenda, videlicet, mortis ciuilis. *Baiard.*